



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis  
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et  
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

**Luca, Giovanni Battista de**

**Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. LCCCVIII. Perusina fideicommissi de Corradis. De substitutione  
concepta sub conditione si sine filiis, cui adjiciatur altera, Et ab intestato  
per copulam, An ista intelligenda sit copulativè, ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

dicobam, quia testator posuit in conditione univer-  
sam ejus lineam, tam masculinam, quam femininam,  
de qua dictus actor erat, unde propterea in  
omnem eventum ex isto capite reverti dicebam  
suam vocationem, ex receptissima propositione,  
de qua pluries in precedentibus, quod ex Statuto  
Urbis 142. non solum censetur vocati filii primi  
gradus in conditione positi, sed etiam omnes de li-  
nea, si ista in conditione posita sit, ut in specie linea  
in conditione posita habetur per Rotam decis. 424.  
per. 2. recent. & in Romana, seu Sabina. fideicommissi  
22. Maji 1656. coram Duce eto inter duas decis. 98.  
& in aliis sequenter.

Difficultatem vero contra Actorem mihi faciebat  
existentia dictarum filiarum heredis gravati, quas  
credebam prius vocatas ceteri tanquam in condi-  
tione positas, & consequenter ex dicto Statuto vo-  
catas, dum quando testator processit ad vocatio-  
nem filiorum Margaritæ, posuit in conditione filios  
simpliciter, absque aliqua restrictione sexus, quam  
adjecit solum in parte dispositiva, in concursu scilicet  
filiorum, & descendendum masculinum, &  
donec duraret ratio agnationis veræ, qua cessante,  
dum testator in descendibus ex feminis fami-  
liam renovare voluit, non videtur subesse ratio, cur  
data æqualitate sexus ac rationis, bona in lineam  
ingressa, ab illa exire debeant, atque tranfitum fa-  
cere in aliam diversam, quæque filia, vel sorores  
ultimo morientis, earumque descendentes excludi  
debeant per remotos, qui in substitutionibus pro-  
tractis in remotum tempus de tempore facti casus  
possunt esse effecti omnino extranei; Potissimè  
quia testator non habuit aliquam particularem affe-  
ctionem ad unam feminam magis, quam ad aliam,  
sed solum respexit ad dictum finem ab ipso volitum,  
ut ita in earum viris, vel filiis respectivè familia ar-  
tificialiter renovaretur, atque istud videbatur magis  
probabile, ac solidum fundamentum; ideoque  
placuit resolutio, sed non placuit ratio, quoniam  
ea posita, esset dare expirationem fideicommissi,  
ac libertatem bonorum transmissibilium etiam ad  
extraneos heredes quorum jure ita dictæ femine  
reæ conventa in decisione considerantur, quod nimis  
de directo testatoris voluntati adversari videtur.

**PERUSINA  
FIDEICOMMISSI  
DE CORRADIS  
PRO  
CORRADIS  
CVM  
ANTONIO BASSO**

*Casus variè decisis per Rotam.*

De substitutione concepta sub condi-  
tione si sine filiis, cui adjiciatur altera,  
Et ab intestato per copulam, An ista

intelligenda sit copulativè, vel po-  
tius alternativè; Et quando quis di-  
catur defunctus ab intestato, etiam-  
si testamentum condiderit; Et ali-  
qua de fideicommissis in casu alie-  
nationis.

**S Y M M A R I U M.**

- 1 **F**acti series.
- 2 **R**esolutiones cause.
- 3 **Q**uod ad faciendum deficere conditionem si ab intestato  
sufficiat testamentum, licet ex eo non adeatur hæ-  
reditas.
- 4 **V**bi duplex conditio adjicitur utraque purificari de-  
bet.
- 5 **E**tiam si per alternativam adjecta sit, quia resolvitur  
in copulam.
- 6 **R**eprobatur conclusio, de qua numer. 3. Et quod idem  
sit mori ab intestato & cum testamento non adita  
hæreditate.
- 7 **R**eprobantur Ruin. & Alciat.
- 8 **Q**uod non sit deferendum Consulentiis.
- 9 **D**e probatione filiationis.
- 10 **I**n casu fideicommissi ob alienationem non curatur,  
quod filii superveniant.
- 11 **D**e duplici fideicommissis in casu alienationis, uno  
penali & altero conditionali, & de differentiâ  
inter unum & alterum.

**D I S C. LXXXVIIII.**

**L**udovicus de Corradis, instituit hæredibus  
Marco Antonio, & Fulvio ex fratre nepotibus,  
eis absque filiis, & ab intestato morientibus, substituit  
Corradum agnatum, ejusque filios, eadem  
substitutione adjecta in casu alienationis; Cumque  
obisset prius Marcus Antonius absque filiis, & ab  
intestato, deinde verò obisset Fulvius condito te-  
stamento, in quo hæredem scripsit, quendam Gra-  
tianum extraneum, qui hæreditatem non adivit, am-  
bo autem in vita quædam bona alienassent; Hinc  
sequuta postmodum morte dicti Corradi, Joannes  
Paulus, & Horatius ejus filii judicium instituerunt  
contra possessores bonorum, ex duplici fideicom-  
missis, Uno scilicet universali restitutorio aperto per  
mortem, Altero verò particulari ex causa aliena-  
tionis ad ipsa bona alienata; Et introducta causa in  
Rota coram Verosio sub die 27. Maji 1661. contra  
Actores prodiit resolutio in utroque fideicommissis,  
in universali scilicet ob non purificatam utramque  
conditionem mortis absque filiis, & ab intestato,  
dum ultimo moriens condidit testamentum; Et in  
particulari, ex eo quod Corradus substitutus donec  
vixit caducitatem non declaravit, unde propterea  
eam remississe censeretur; Concessa verò nova au-  
dientia sub die 13. Martii 1662. recedendo à decisis,  
responsum fuit pro Actoribus super purificatione,  
ac pertinentia fideicommissi universalis tantum, ob  
purificatam etiam dictam intestati conditionem,  
non obstante testamento, dum ejus vigore hæ-  
ditas adita non fuit; Bene etiam in hac secunda  
decisione canonizando actorum filiationem legiti-  
mam, & naturalem per reum conventum impu-  
gnatam, unde propterea agnoscens idem reus soli-  
da esse hujus secundæ resolutionis fundamenta circa  
dictum punctum, convolvavit ad alterum moti-  
vum, quod idem Fulvius obisset superstitite quodam

LUCA  
e  
mentis  
cat  
VI  
9

dam filio suscepto ex muliere quam postea desponsaverat, unde factis desuper probationibus in vim remissoriae, reposita causa sub die 18. Maji 1665. coram eodem Verospio, recessum fuit à secundo loco decisus ex hoc novo motivo defectus conditionis ob superexistentiam dicti filii, atque in hoc statu causa reperitur, neque ejus ulterior progressus mihi innoscit, Vel quia concordata fuerit, Vel quia ob mortem causae Patroni, ut frequenter contingit, mutaverit defensores.

In istis igitur disputationibus tres fuerunt puncti; Primò scilicet an dictus Fulvius, qui testamentum condidit, dici valeat ab intestato defunctus, stante quod hæreditas ex testamento adita non fuit; Secundò circa fideicommissum particulare ex causa alienationis, an apertum esset, atque actoribus deberetur, non obstante, quod alterius fideicommissi universalis utraque conditio defecisset, ac non obstante, quod Corradus substitutus in vita tale fideicommissum non agnovisset; Et tertio super probatione superexistentiæ dicti filii Fulvii, qui ita per subsequens matrimonium esset legitimatus, ac absque dubio faceret deficere conditionem.

Quatenus igitur pertinet ad primum punctum dictæ conditionis intestati, prima decisio processit cum auctoritate *Ruini conf. 113. n. 8. & sequen. lib. 3. & Alciati conf. 109. num. 3. & 6. lib. 9.* per quos in specie firmatur, ad hunc effectum sufficere, quod gravatus obierit cum testamento, non curato, quod ex eo hæreditas adita non esset, ex regula, quod in conditionalibus spectatur nudum factum; Et consequenter ita defecerit substitutionis conditio, quamvis illa non esset unica, sed duplex, nempe absque filiis, & ab intestato, quoniam verius, ac receptum est, quoad favorem gravati ac libertatem bonorum quod d. conditiones stant disjunctivè, in ordine verò ad substitutum stant conjunctivè, ita ut sibi incumbat probare utriusque purificationem, atque alias pro eo excludendo sufficit unam deficere. *§. penul. insit. de hered. insit. cum concord. per Roman. conf. 131. num. 1. Honded. conf. 78. num. 23. & seqq. lib. 1. Altograd. conf. 97. num. 28. lib. 1. Fusar. q. 437. num. 242.*

Scribens ego pro actoribus, admittebam veritatem hujus ultimæ conclusionis, quod scilicet pro exclusione substituti sufficeret unam ex duabus conditionibus deficere, adeò ut etiam si testator eas alternativè adjecisset, adhuc tamen alternativa resolveretur in copulativam, unde substituto incumberet necessitas probandi purificationem utriusque, atque deficientia unius sufficeret ut substitutio evanesceret, *Franch. decis. 150. Honded. conf. 78. num. 28. lib. 1. Capr. conf. 2. num. 32. Rim. jun. conf. 199. num. 229. cum seq. lib. 2.*

Dicebam tamen, etiam cum sensu veritatis, quam ut supra deinde Roca agnovit, assumptum *Ruini & Alciati* claram in jure fallaciam continere, dum habemus jura expressa, & literaria, quod idem sit mori nullo condito testamento, ac eo condito, cujus vigore hæreditas non adeatur, unde utroque casu pariformiter quis dicitur mori intestatus, *l. intestatus ff. de verb. signif. §. 1. insit. de hered. qua ab intest. deser. & tota Rubric. si quis omissa causa testamenti ab intestato &c.* Ea etiam clara ratione ponderata, quod ubi testator noluit hæredem gravare in casu testamenti, censetur intellexisse de illo testamento per quod hæreditas cum effectu perveniret ad eos, quos ipse gravatus moriens elegit, & quos ipse testator voluit substituto præferri, non autem

alios intestatos successores, quibus etiam hæreditas successio deferretur juxta *cony. 159. Argo. num. vers. in contrarium* communiter canonizantem præsertim per eundem *Ruin. conf. 46. n. 10. Bero. conf. 101. num. 10. lib. 2. Cypol. conf. 444. num. 4. Molin. de justit. & jur. quasi. 62. Fol. 444. num. 4.*

Atque hinc dicebam nullatenus deferendum præfatis auctoritatibus *Ruini & Alciati*, cum tamen jorem auctoritatem assistentiam in contrarium Tum etiam quia *Ruini* convincitur sibi contra idem *in d. conf. 46. num. 10. lib. 2.* in specie referri sequitur *d. conf. Argeli*, unde liquet istum Confulentis dixisse modò album, modo nigro pro ut causa opportunitas exigebat; Idem tamen advertentem convenire *Alciato*, qui dicitur tamquam conductus, atque causæ infervientem cessit cum doctrina *Bartoli in l. ff. de sui et al. quam doctrinam*, utpotè dictis claris jurisjurandis strenuè reprobatur idem *Alciat. in d. l. ff. de verb. signif. n. 4.* Unde propterea erroneum esse hujusmodi venalibus, & conditionibus auctoritatibus deferre, ut advertitur præfatis *conf. 438. num. 12. cum sequen. par. 9. recent. in specie*, quod magis deferendum est Doctoribus quentibus in lecturis, quam eisdem loquentibus consiliis.

Quo verò ad tertium punctum probationis, nulla juris inspectio cadebat, sed facti, cujus circumstantiis attentis non videtur adesse illa major probatio, quæ requiritur ad effectum tertio præjudiciale juxta distinctionem, quæ habetur supra in *Bononiens. fideicommissi de Verospio. conf. 69. & in aliis*; E conversò autem ad præteritum adesse, nulla caderet difficultas pro substitutionis expiratione ob defectum conditionem.

Verùm ubi, una vel altera, live utraque conditio defecisset in ordine ad fideicommissum substitutum in casu mortis, adhuc tamen, cum facti iam veritatis, dicebam locum esse ad favorabilem alteri fideicommissò ex capite alienationis bonis alienatis de tempore quo dictus præteritus filius procreatus non erat, neque testamentum condidit, vel si conditum non receperat purificationem per mortem testatoris; In hujusmodi fideicommissis attenditur tempus purificationis per alienationem, non curata superestimatione filiorum vel testamenti, *Castron. conf. 16. num. 2. Menoch. conf. 118. num. 13. cum seqq. Fol. 118. n. 123. Rot. dec. 38. par. 1. divers. Rojan. dec. 13. par. 1. recen. Mediolanen. bonor. 31. Maji 1649. Corradus in aliis.*

Quare tota difficultas restringebatur ad probationem decisionis fundamentum, quod scilicet substitutus moriendo non declarata caducitate censetur remississe ex deductis per *Fusar. q. 740. num. 9. & sequen. Rota decis. 314. par. 4. recent. tom. 2. rati. cum aliis in decisione.*

Istud autem fundamentum verè nullam habet subsistentiam ex defectu applicationis, adeoque vertebam in hoc procedi cum aliquo equivoquo. Dupliciter enim consideratur fideicommissum substitutum in casu alienationis; Primò scilicet ut quæ pœnale ob delictum contraveniens conditioni testatoris inductivum caducitatis ad substitutionem hæreditatis, ac etiam à bonis non alienatis, quorum alienationem; Et secundò tanquam speciem conditionis in ipsismet bonis alienatis tantum.

Ad primum effectum rigorose in materia proceditur, quod scilicet in alienante requiritur culpa positiva, quæ dolum, ac malitiam redoleat, unde quælibet causa excusat, ac etiam intrat dicta conclusio de pœna non declarata in vita non transmissibili ad successores, in quibus terminis loquuntur auctoritates in prima decisione deductæ, ac alia; Secus autem ad secundum effectum, cum tunc alienatio consideretur tamquam simplex conditio, ut ita distinguendo haberetur infra in Civitatis Castellana fideicommissi, & in Neapolitana hereditatis dist. 154 & 158. & in aliis, cum videatur vera satisfundata distinctio.

## PLACENTINA FIDEICOMMISSI DE TODISCHIS

INTER

Comitissas Lucretiam, Hieronymam,  
& Eleonoram, & hæredes Catharinæ de Todischis.

*Responsum pro veritate.*

De theorica seu distinctione Soccini in l. *solemus ff. de cond. & demonstr. super verbo non extantibus*, An intelligatur per vulgarem, vel per fideicommissariam, & de differentia inter istam theoricam, & regulam derivantem à *consil. 21. Oldrad.* cum ejus limitatione; Et aliqua de reciproca, ac etiam de prælegato seu fideicommissi particulari an cadat sub fideicommissi universali, ubi ejus conditio defecit.

### S Y M M A R I U M.

- 1 *Acti series.*
- 2 *De puniis seu quæstis.*
- 3 *De verbo non extantibus, quod importet potius vulgarem, & quod ista magis præsumenda sit quam fideicommissaria.*
- 4 *Omnes substitutiones consecutivæ & per vulgarem expirant, si prima effectum sortitur.*
- 5 *Quod casus consil. 21. Oldrad. differat à theor. Soccin. in l. solemus.*
- 6 *Quid contineat dicta theorica, & de ejus distinctione circa tempus determinatum & indeterminate.*
- 7 *In dubio an tempus præsumatur determinatum vel indeterminate.*
- 8 *Verbum deficientibus est magis operativum ad Cardin. de Luca de Fideicommissi.*

- effectum inducendi fideicommissaria, quam verbum non extantibus.*
- 9 *Respondetur contrariis præsertim ad decis. 490. par. 4. divers.*
  - 10 *De fallacia Consulentium.*
  - 11 *Ad quid in hac materia deserviant regula & theorica generales.*
  - 12 *Quomodo ista quæstio decidenda sit.*
  - 13 *Traduntur aliqua regula generales pro regulando arbitrio.*
  - 14 *De differentia inter progressum fideicommissaria substitutionis in eodem genere, & transitum ad novum genus, vel diversum substitutionis gradum.*
  - 15 *De applicatione ad casum ejusque decisiones.*
  - 16 *De materia reciproca linearis remissive.*
  - 17 *Quid reciproca capiat etiam ea que ad gravatum obvenierunt ex portione alterius gravati jure substitutionis.*
  - 18 *Prælegatum seu fideicommissum particulare factum pro certis personis non abdicatur à fideicommissi universali si dicta persona non extiterunt.*
  - 19 *De prælegato cadente sub fideicommissi remissive.*
  - 20 *De cautela Soccini super prohibitionem legitimæ.*

DISC. LXXXIX.

Comes Prosper de Todischis, instituto hæredis Joanne Baptista unico filio masculino, reliquæque dote Catharinæ filia, procedendo ad substitutiones, ejus assem in tres species distinguit, Unam bonorum utriusque parentis, quam eorundem dispositioni in omnibus subjacere voluit; Alteram quorundam suorum bonorum magis conspicuorum, in qua primogenituram erexit ad favorem primogeniti pro tempore de linea masculina ejusdem Joannis Baptista; Et tertiam reliquæ hereditatis, in qua perpetuum fideicommissum perpetuum simplex absolutum, & reciprocum instituere professus est ad favorem ejusdem lineæ masculinæ, prius legitimæ, deinde naturalis, qua defuncta, vel non incepta, vocavit ad medietatem filias feminas ejusdem Joannis Baptista, eisque non extantibus, earum filios; & descendentes in infinitum cum reciproca inter eas, & ad aliam medietatem ferè per eadem verba dictam Catharinam ejus filiam, eaque non extante ejus filios, & descendentes in infinitum, & si dictæ filia, vel earum filij & descendentes non extarent, vocavit ad totum dictam Catharinam vel ejus filios, & è contrà si dicta Catharina, vel ejus filij non extarent, vocavit ad totum dictas filias feminas, earumque filios, adjecta prohibitione alienationis, ac detractionum, aliisque factis dispositionibus perpetuam bonorum & fideicommissi prædicti conservationem percutientibus, pluries assignata ratione, ac explicata voluntate conservationis & amplitudinis dicti fideicommissi simplicis, & absoluti.

Cum autem dictus Joannes Baptista primus hæres obiisset absque prole masculina, superstibus, Lucretia, Eleonora, & Hieronyma filiabus, unde propterea apertus fuit dictus secundus substitutio gradus, pro medietate scilicet ad favorem dictarum filiarum hæredis, & pro alia medietate ad favorem dictæ Catharinæ, filia testatoris, istius etiam deinde morte sequuta sine prole;

T

incert

LUCA  
e  
mentis  
cat  
VI  
9